

XV. 165
 N O V A
 L I T T E R A R I A

Eruditorum in gratiam
 divulgata
Kalendis Sextilibus
 ANNI MDCCXVIII.

HANOVERAE.

IO. GEORGII ECCARDI
 ad I. G. K.

*de Monumento Celtico, sub templo Cathedrali
 Parisiensi eruto, * Epistola.*

Meretur monumentum Parisiis ante aliquot
 annos effossim Criticorum curam. Nec
 P operam

* Notum est, anno abhinc septimo, cum locus sepulchro Archiepiscoporum Parisiensium in templo, quod Parisiis est, Cathedrali quæreretur, repertos esse lapides nonnullos, variis imaginibus inscriptionibusque exornatos; de quarum sensu non convenire inter eruditos, vel ex Baudelotii, Mauturii aliorumque in lucem editis ea de re commentationibus constat. In his Celeberr. *Eccardus*, anno proxime superiori, ex antiquitatibus linguaque Celtarum, quarum is, si quis unquam, est peritissimus, cum imagines, tum voces in lapidibus istis conspiciendas, successu, quantum judico, haud infelici, dedit explicatas. Cum autem eodem fere tempore Celeberr. nostra ætate Gallorum Historicus *Gabr. Daniel* sibi quoque monumentum istud singulati dissertatione sumeret illustrandum; quæ Commentariis primùm Trivultinis ad Historiam Scientiarum facientibus, anni præteriti mense Aprili, deinde etiam Decembri Diarii Eruditorum Parisini, editionis Amstelœ-